BSB Bayerische StaatsBibliothek
MDZ Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Einhardus

Einhardi vita Karoli Magni Post G. H. Pertz recensuit G. Waitz

Hannover [u.a.] 1911
München, Monumenta Germaniae Historica -- C 30 (25, Ersatz:MGH C 30 b (25
urn:nbn:de:bvb:12-bsb00000728-4

Die PDF-Datei kann elektronisch durchsucht werden.

derentur, strictis gladiis defenderent, aliquos etiam occidissent, quia[a] aliter coerceri non poterant, interempti sunt. Harum tamen coniurationum Fastradae reginae crudelitas[b] causa et origo extitisse creditur[1]. Et idcirco in ambabus contra regem conspiratum est, quia[c] uxoris crudelitati[d] consentiens a suae naturae benignitate ac solita mansuetudine inmaniter exorbitasse videbatur. Ceterum[e] per omne vitae suae tempus ita cum summo omnium amore atque favore et domi et foris conversatus est, ut numquam ei vel minima iniustae crudelitatis[f] nota a quoquam fuisset obiecta.

21. Amabat[g] peregrinos et in eis suscipiendis magnam habebat curam, adeo[h] ut[i] eorum multitudo non solum palatio, verum etiam regno non inmerito videretur onerosa. Ipse tamen prae[k] magnitudine animi huiuscemodi pondere minime gravabatur, cum etiam ingentia incommoda laude liberalitatis ac bonae famae mercede conpensaret.

22.* Corpore[2] fuit amplo atque robusto, statura eminenti, quae tamen iustam non excederet[1] — nam septem suorum pedum proceritatem eius constat habuisse mensuram[m] —, apice capitis rotundo, oculis praegrandibus[3] ac vegetis, naso paululum[n] mediocritatem[o] excedenti, canitie[p] pulchra[4], facie laeta et hilari. Unde formae auctoritas[5] ac dignitas tam stanti quam sedenti plurima adquirebatur; quamquam cervix obesa[q][6] et brevior venterque[r] proiectior[7] videretur, tamen haec[s] ceterorum mem-

*) *Wal. c.* XXII: De habitudine corporis eius[t].

a) qui *C* 2. b) crudelitatis *B* 1*. 2. *C* 2. c) quia *om. B* 1. d) crudelitate *B* 1. 1*. 2. e) *sequentia in editionibus prioribus c.* 21. *adiciuntur.* f) seueritatis *A* 5. *C* 1. 2. g) Ac am. *B* 1. h) ita adeo *A* 5. i) plerumque *add. A* 1. *P.* k) pro *A* 4. l) mensuram *add. A* 2; (qui t. *C* 2) iustum non exced. modum *C* 1. 2; iustam *om. B* 2. m) figuram *A* 4. n) paulolum *A* 2. *B* 1*. o) in mediocr. *A* 1. 3 (in *expunct.*). p) canitiae *A* 3. *B* 1*. *C* 2; canitię *B* 2. q) obaesa *A* 2. 3. *B* 1*. 2; obęsa *A* 4; oboesa *C* 2. r) que *om. B* 1. s) hoc *B* 1*. 2; haec et *A* 3. t) sui *B* 3a.

1) *(Ann. Einh. a.* 792, *p.* 91: Francis, qui se crudelitatem Fastradae reginae ferre non posse adseverabant*).* 2) *Cf. Suet. Tib. c.* 68: Corpore fuit amplo atque robusto, statura quae iustam excederet; *Calig. c.* 50: Statura fuit eminenti. 3) *(Ibid. Tib. c.* 68: cum praegrandibus oculis*).* 4) *Cf. Suet. Claud. c.* 30: Auctoritas dignitasque formae non defuit vel stanti vel sedenti . . . nam . . . erat et specie canitieque pulcra. 5) *(Suet. Tit. c.* 3: forma egregia et cui non minus auctoritatis inesset quam gratiae*).* 6) *Suet. Nero c.* 51: cervice obesa, ventre proiecto. 7) *Suet. Tit. c.* 3: ventre paulo proiectiore.

brorum celabat aequalitas[1]. Incessu firmo[a] totaque[b] corporis habitudine virili; voce clara quidem, sed quae minus corporis formae conveniret. Valitudine prospera[2], praeter quod, antequam decederet, per quatuor annos crebro febribus corripiebatur, ad extremum etiam uno pede claudicaret[3]. Et tunc quidem plura[c] suo arbitratu quam medicorum consilio faciebat, quos poene exosos habebat, quod ei in cibis assa, quibus assuetus[d] erat, dimittere[e] et elixis adsuescere suadebant.

*Exercebatur[f] assidue equitando[g·4] ac venando; quod illi[h] gentilicium erat, quia vix ulla in terris natio invenitur[i], quae in hac arte[k] Francis possit aequari. Delectabatur etiam vaporibus aquarum naturaliter calentium, frequenti natatu corpus exercens; cuius adeo[l] peritus fuit, ut nullus ei iuste valeat anteferri. Ob hoc etiam Aquisgrani regiam exstruxit ibique extremis vitae annis usque ad obitum[m] perpetim habitavit. Et[n] non solum filios ad balneum[o], verum optimates et amicos, aliquando etiam satellitum et custodum corporis[p] turbam[5] invitavit, ita ut nonnumquam centum vel eo amplius homines una lavarentur.

23.** Vestitu[6] patrio, id est Francico[q·7], utebatur. Ad corpus camisam[r] lineam, et feminalibus[8] lineis induebatur, deinde tunicam[s], quae limbo serico[t] ambiebatur, et tibialia; tum[u] fasciolis crura et pedes calcia-

*) *Wal. c.* XXIII: Quibus exercitamentis precipue sit[v] delectatus.

**) *Wal. c.* XXIIII: Quibus indumentis uti solitus sit.

a) firmior *A* 3. b) que — quae minus *om. C* 2. c) plura *om. C* 2; suo plura *A* 2. d) assuetus — elixis *om. B* 1. e) dimitteret *B* 2. *C* 2. f) Assid. exerc. *A* 2. 3; adsid. *B* 1. 1*. 2. g) aequit. *A* 1*. 2. 3. *B* 1* (*corr.* equit.). *C* 2; equit. *A* 4. h) ei *A* 1. i) repperitur *A* 1. k) re *A* 4; ac parte *C* 2. l) per. adeo *A* 1. m) uitae *add. A* 2. n) Et — invitavit *om. C* 2. o) balneos uerum et *A* 2. p) corp. *om. A* 4. *B* 2. q) francisco *A* 1. 2. 3. *P.*; francio *A* 4; frantia *B* 1*. 2; francia *B* 3. r) camisam, *post corr.* camisiam *A* 1*, *et ita A* 2. 3. 4. 5. *B* 2. 3. s) tonicam *B* 1*. 2. t) syrico *A* 2. u) *sic A* 1*. 3. 4. *B* 1*. *C* 2, *radendo corr.* cum *A* 1*; cum *A* 1. *B* 2; tunc *A* 2. *B* 1? *C* 1. *J. W.* v) karolus *add. B* 3a.

1) *Cf. Suet. Aug. c.* 79: staturam brevem . . . sed quae . . . aequitate membrorum occuleretur. 2) *Cf. Suet. Claud. c.* 31: Valitudine . . . prospera usus est; *(Tib. c.* 68: Valitudine prosperrima usus est*).* 3) *Cf. Suet. Aug. c.* 80: crure sinistro non perinde valebat, ut saepe etiam inclaudicaret. 4) *Suet. Tit. c.* 3: equitandi peritissimus. 5) *Cf. Suet. Tit. c.* 8: nonnumquam in thermis suis admissa plebe lavit. 6) *Cf. Suet. Calig. c.* 52: Vestitu . . . neque patrio neque civili . . . usus est. 7) *Cf. Monachum Sangallensem (Notkerum Balbulum) de gestis Karoli I,* 34, *SS. II, p.* 744. 8) *Suet. Aug. c.* 82: Hieme . . . thorace laneo et feminalibus et tibialibus muniebatur.

mentis[a] constringebat et ex[b] pellibus lutrinis[c·*] vel[d] murinis[**·1] thorace[***] confecto umeros[e] ac pectus hieme[e*] muniebat, sago[†] veneto[f·††] amictus et gladio semper accinctus, cuius capulus ac balteus aut aureus aut argenteus erat. Aliquoties[g] et gemmato ense utebatur, quod[h] tamen nonnisi in praecipuis festivitatibus vel si quando exterarum gentium legati venissent. Peregrina vero indumenta, quamvis pulcherrima, respuebat nec umquam eis indui patiebatur, excepto quod Romae semel Hadriano[i] pontifice petente et iterum Leone successore eius supplicante longa[†††] tunica et clamide[k·*†] amictus, calceis[*††] quoque Romano more[l] formatis induebatur. In festivitatibus veste[m] auro texta et calciamentis gemmatis et fibula aurea sagum[*†††] adstringente, diademate[†*] quoque ex auro et gemmis ornatus incedebat. Aliis autem diebus habitus eius parum a communi ac[n] plebeio[o] abhorrebat[p].

24.[†**] In cibo[q·2] et potu temperans[r], sed in potu temperantior, quippe qui[s] ebrietatem in qualicumque[t] homine, nedum in se ac[u] suis, plurimum abhominabatur[v]. Cibo[w] enim non adeo abstinere poterat[x], ut

*) *Gl. cod. St.:* id est beverinis.
**) *Gl. cod. St.:* id est grisiis.
***) *Gl. cod. St.:* id est pellicio.
†) *Gl. cod. St.:* id est sanno.
††) *Gl. cod. St.:* id est purpureo vel conchiliato.
†††) *Gl. cod. St.:* id est toga, quam nos albam dicimus.
*†) *Gl. cod. St.:* id est manto vel mantello.
*††) *Gl. cod. St.:* id est sandaliis.
*†††) *Gl. cod. St.:* id est clamidem sive trabeam, quae vestis quadrangula est.
†*) *Gl. cod. St.:* id est corona, cuius ansa superior diadema dicitur.
†**) *Wal. c.* XXV: Cibi[y], potus ac[z] dormitionis quod temperamentum[a] habuerit et quid agere solitus sit[b] inter vescendum.

a) caltiamentis *A* 1. 3. *P.* b) ex *om. B* 1*. 2. c) lutr. vel mur. *om. A* 2. *B.* d) et *A* 1. 3. *P. J. W.*; vel mur. *om. C* 1. 2. e) *sic A* 1*. *B* 1. 1*. *C* 1; humeros *reliqui, P. J. W.* — um. aspectus h. *B* 1*; hum. aspectu h. *B* 2. e*) mun. hyeme *A* 1. f) uenetico *C* 2. g) Aliquotiens (-ciens) *A* 2. 3. *B* 1. 2. *C* 2; enim *add. A* 4. h) qui *A* 3. i) *sic A* 1*. *B* 1. *C* 1; adriano *reliqui, P. W.* k) *sic A* 1. 1*. 2. 3. 4. *B* 1*. 2. 3. *C* 2 (clamidae); chlamide *B* 1. *C* 1. *J. W.* l) opere *A* 1. m) veste *om. B* 2. n) et *A* 1. *P.* o) plebio *A* 3; plebei *C* 2; pleio *B* 2. p) horrebat *B* 3. q) potu et cibo *A* 4. r) temperatus *B* 1*. 2. s) quia *A* 2. t) quacūque *A* 1*. u) aut *C* 2. v) abominab. *A* 1*. 3. *B* 1*. 2. *C* 1. w) Cibum *C* 2. x) potuit *A* 2. y) ac *add. B* 3ª. z) et *B* 3ª. a) quod temperanciam *B* 3c. b) erat *B* 3b.

1) *Pellibus ermineae vel zibelinae.* 2) *Suet. Aug. c.* 76: Cibi . . . minimi erat.

saepe quereretur noxia corpori suo esse ieiunia. Convivabatur[1] rarissime, et hoc praecipuis tantum festivitatibus, tunc[a] tamen cum magno hominum[b] numero. Caena cotidiana quaternis tantum ferculis praebebatur[2], praeter assam, quam venatores veribus[c] inferre solebant, qua ille libentius quam ullo alio cibo vescebatur. Inter caenandum aut aliquod acroama[d·3] aut lectorem audiebat. Legebantur ei historiae et antiquorum res[e] gestae. Delectabatur et[f] libris sancti Augustini[g], praecipueque his qui[h] de civitate Dei[i] praetitulati sunt. Vini[4] et omnis potus adeo parcus[k] in bibendo erat, ut[l] super caenam raro plus quam ter biberet. Aestate[m] post cibum meridianum[5] pomorum aliquid sumens ac semel bibens, depositis vestibus et calciamentis, velut[n] noctu solitus erat, duabus aut[o] tribus horis quiescebat. Noctibus sic dormiebat[6], ut[p] somnum quater aut quinquies non solum expergescendo[q], sed[r] etiam desurgendo[s] interrumperet. Cum calciaretur et[t] amiciretur[u], non tantum amicos admittebat[v·7], verum etiam, si comes palatii litem aliquam[w] esse[x] diceret, quae sine eius[y] iussu definiri[z] non posset, statim litigantes introducere iussit[a] et, velut pro tribunali sederet[8], lite cognita sententiam dixit[b]; nec[c] hoc tantum eo tempore, sed etiam quicquid[d] ea die cuiuslibet officii[e] agendum aut cuiquam ministrorum iniungendum erat expediebat.

a) tum *A* 5. b) num. hom. *C* 2. c) uerubus *B* 3. d) incroama *B* 1*. 2. 3. e) reges (*corr.* regum *B* 1*) gestae *B* 1 (geste). 1*. *C* 2; regum gesta *A* 1* (gesta:, *littera erasa*). 4. *B* 3; rei gesta *B* 2. f) in *A* 4. g) agustini *A* 2. h) quae *A* 1. i) dñi (domini) *B* 1*. 2. k) temperatus erat in bib. *A* 5. l) et *A* 3. m) set aest. *B* 1. n) ut *A* 1. o) ac *C* 2. p) et *B* 2. q) expergescendo *corr.* expergiscendo *A* 1. 2, *et ita A* 3. *B* 3a·b. *P.*; expergescendum *B* 2. r) sed et. desurg. *om. A* 1*. s) deresurgendo *A* 1. *P.*; adsurgendo *B* 1. t) aut *A* 1. 2. *P. J.* u) amiceretur *A* 1. *C* 2; amictaretur *B* 1. 1*. 2. (3c). v) amittebat *C* 1. 2 *(corr.* adm.*)*. w) aliquem *A* 2. *B* 1*. 2, *corr.* aliquam *B* 1*. x) esse *om. C* 2. y) eius iussu *om. C* 2. z) definire *B* 1. 1*; diffiniri *A* 4. a) iussisset *A* 3. b) dixisset *A* 3. c) ne *B* 1. d) ea die quicquid *A* 1. *P.* e) officia *A* 1*.

1) *Suet. Aug. c.* 74: Convivabatur assidue . . . non sine magno ordinum hominumque dilectu. 2) *Ibid.:* Caenam ternis ferculis aut, cum abundantissime, senis praebebat. 3) *Ibid. c.* 74: et aut acroamata et histriones . . . interponebat. 4) *Ibid. c.* 77: Vini quoque natura parcissimus erat. Non amplius ter bibere eum solitum super caenam . . . Nepos tradit. 5) *Ibid. c.* 78: Post cibum meridianum ita ut vestitus calciatusque erat . . . paulisper conquiescebat. 6) *Ibid.:* non amplius . . . quam septem horas dormiebat, ac ne eas quidem continuas, sed ut in illo temporis spatio ter aut quater expergisceretur. 7) *Cf. Suet. Vespas. c.* 21: amicos admittebat, ac dum salutatur, et calciabat ipse sese et amiciebat; postque decisa quaecumque obvenissent negotia. 8) *(Ioh.* 19, 13. *Act.* 12, 21. 25, 6: sedit pro tribunali*).*

25.* Erat eloquentia[1] copiosus et exuberans poteratque quicquid vellet apertissime exprimere. Nec patrio tantum[a] sermone contentus[b], etiam peregrinis linguis ediscendis operam impendit. In quibus Latinam ita didicit, ut aeque illa[c] ac patria lingua orare[2] sit solitus, Grecam vero melius intellegere[d] quam pronuntiare poterat. Adeo quidem facundus[e] erat, ut etiam dicaculus[f] appareret. Artes liberales studiosissime coluit[3], earumque doctores plurimum veneratus magnis adficiebat[g] honoribus. In discenda grammatica Petrum Pisanum diaconem[h] senem audivit, in ceteris disciplinis Albinum cognomento Alcoinum[i], item[k] diaconem, de Brittania[l] Saxonici generis hominem, virum undecumque doctissimum, praeceptorem habuit, apud quem et rethoricae et[m] dialecticae, praecipue tamen astronomiae ediscendae[n] plurimum et temporis et laboris inpertivit. Discebat artem conputandi et intentione sagaci siderum cursum[o] curiosissime rimabatur. Temptabat et[p] scribere tabulasque et[q] codicellos ad hoc in lecto[r] sub cervicalibus circumferre solebat, ut, cum vacuum tempus esset, manum litteris effigiendis[s] adsuesceret, sed parum successit labor praeposterus ac sero inchoatus.

26.** Religionem[4] Christianam, qua ab infantia fuerat inbutus, sanctissime[t] et cum summa pietate coluit, ac propter hoc plurimae pulchritudinis basilicam Aquisgrani[u] exstruxit[v] auroque et argento et luminaribus atque ex aere solido cancellis et ianuis adornavit[5].

*) *Wal. c.* XXVI: De studiorum[w] eius mirabili vigilantia.
**) *Wal. c.* XXVII: Ornatus ecclesiae quantum ampliaverit.

a) tantum *om. A* 3. b) contemptus *A* 1. *B* 2. *C* 2; sed *add. A* 4. c) illam *B* 2; ut ea ac si patria *A* 2; ut ea ac p. *A* 3. d) *ita A* 1*. 2. *B* 1. 1*. 2. *C* 1. 2; intelligere *A* 1. 3. 4. *B* 3. *P.* e) faecundus, e *expunct. B* 1*; fecundus *B* 2. f) *ita A* 2. *B* 1*. 2. 3. *C* 1; *cf. Hagen, Anecd. Helvet. p.* 187; didasculus *A* 1. 1*. *B* 1; didascalus *A* 3. 4. *P.*; dialecticus *A* 5; ducalus *C* 2. g) efficiebat *A* 3 (effit.). *C* 1. h) diaconum *h. l. tantum A* 1. 4. *P., l.* 12. *A* 3. i) alcuinum *A* 2. *C* 2; alchoinum *B* 3. k) item *om. A* 2. l) brittannia *A* 1*. 4. *B* 1; britania *B* 1*; brittaniã *B* 2. *C* 2. m) et *om. A* 3. n) discendae *C* 2. o) syderum (*A* 3. 4) cursus *A* 1. *P.*; cursu *B* 2. p) eta *corr.* a *C* 1. q) ac *A* 2. r) lectulo *A* 4. s) effingendis *sec. manu corr.* effigiendis *A* 1; effi:g:endis *duabus litteris erasis A* 2; effigiandis *A* 3; effigendis *A* 5. *C* 2. t) sanctissima et summa *A* 1. u) aquis granis *A* 1; aquisgranii *C* 2. v) extruit *B* 1* (*corr.* extruxit). 2. w) studio et *B* 3c.

1) *Cf. Suet. Aug. c.* 84: Eloquentiam . . . laboriosissime exercuit. 2) *Cf. Suet. Tit. c.* 3: Latine Graeceque vel in orando . . . promptus et facilis. 3) *Cf. Suet. Tiber. c.* 70: Artes liberales utriusque generis studiosissime coluit. 4) *Cf. Suet. Aug. c.* 90: Circa religiones talem accepimus *etc.*; *c.* 93: caerimoniarum . . . veteres ac praeceptas reverentissime coluit. 5) *(Cf. supra c.* 17).

Ad cuius structuram cum[a] columnas et marmora aliunde habere non posset, Roma atque Ravenna devehenda curavit[1]. Ecclesiam et mane et vespere, item nocturnis horis et sacrificii tempore, quoad eum valitudo permiserat, inpigre frequentabat, curabatque[b] magnopere, ut omnia quae in ea[c] gerebantur cum qua[d] maxima fierent honestate, aedituos creberrime[e] commonens, ne quid indecens aut sordidum aut inferri aut in ea remanere permitterent. Sacrorum vasorum ex auro et argento vestimentorumque sacerdotalium tantam in ea[f] copiam[g] procuravit, ut in sacrificiis celebrandis ne[h] ianitoribus quidem, qui ultimi ecclesiastici ordinis sunt, privato habitu ministrare necesse fuisset. Legendi atque psallendi disciplinam diligentissime emendavit. Erat enim utriusque[i] admodum eruditus, quamquam ipse nec publice legeret nec nisi[k] submissim[l] et in commune cantaret.*

27.** Circa pauperes sustentandos et gratuitam liberalitatem, quam Greci eleimosinam[m] vocant[n], devotissimus, ut qui non in patria solum et[o] in suo[p] regno id facere curaverit[q], verum trans maria in Syriam[r] et Aegyptum[s] atque Africam, Hierosolimis[t], Alexandriae atque Cartagini[u], ubi Christianos in paupertate vivere conpererat[v], penuriae illorum[w] conpatiens pecuniam mittere solebat[x]; ob hoc maxime transmarinorum regum

*) Octingentas et octuaginta sex ecclesias suis propriis sumptibus cum supellectilibus et aliis ornamentis ad laudem Dei beateque virginis dedicavit, tria millia et septingentas in toto orbe restauravit *add. cod. Morallii s. XV.*

**) *Wal. c.* XXVIII: In elemosinis fuerit[y] quam profusus.

a) col. et marm. cum *A* 2. b) que *om. B* 1. *C* 2. c) eo *A* 3. d) *sic A* 1. 1*. 4. *B* 1. 1*. 2 (quax, x *expunct.*). 3[a] (*om. B* 3[b·c]), *(quod in archetypo fuisse patet);* quā *radendo corr.* qua *A* 2. *C* 1; quam *A* 3. *C* 2. *P. J. W.;* quatinus *A* 5. e) celeberrime *C* 2. f) eam *B* 1*; eo *B* 2. g) proc. copiam *A* 1. h) nec (c *adras.*) *A* 1. i) adm. utr. *A* 2. k) sibi *A* 1; sib, *superscr.* ni *B* 1. l) submissim *corr.* submisse *A* 1, *et ita A* 2. 3, *alii;* submissum *A* 5. m) *ita B* 1; eleimosynam *h. l. A* 1*; eleymosinam *A* 3; elemosinam *A* 2. 4. *B* 3. *C* 1. 2; elemosynam *A* 1. *P.;* elymosinam *B* 1*. 2. n) vocant *om. B* 1*. 2. o) sed *B* 1*. 2. p) regno suo *A* 1. *P.* q) procur. *A* 2; curauit *A* 3. r) siriam *A* 1*. 2. 4. *B* 1. 2. s) *sic A* 1*. 3. *B* 1* (eg.). 2. *C* 1. 2, *alii;* aegiptum *A* 1. 4. *B* 1. *P. W.;* egiptum *A* 2. t) hȳrosol.(e *post superscr.*) *A* 1*; hierusol. *A* 2; ierosol. *C* 2. u) *sic A* 2. *B* 1*. 2. *C* 2; chartagini *A* 1*; chartani *A* 1; kartagini *A* 3. 4. *C* 1. *J.;* Carthagini *B* 1? *P. W.* v) compererat, *post corr.* comperierat *A* 1, *et ita A* 3. w) eorum *A* 4. x) solebat ret *B* 1; soleret *B* 1*. 2. 3. y) quam fuerit *B* 3[a].

1) *Cf. Hadriani I. papae ad Karolum epist., Cod. Carol.* 81, *(MG. Epist. III, p.* 614*). JA.*

amicitias expetens, ut Christianis sub eorum dominatu degentibus refrigerium aliquod ac relevatio[a] proveniret.*

**Colebat prae ceteris sacris et venerabilibus locis apud Romam ecclesiam beati Petri[b] apostoli; in cuius donaria magna vis pecuniae tam in auro quam in argento necnon et gemmis ab illo congesta est. Multa et innumera[c] pontificibus munera missa. Neque ille toto[d] regni sui tempore quicquam duxit[e] antiquius[1], quam ut urbs Roma[f] sua[g] opera suoque labore vetere polleret[h] auctoritate, et[i] ecclesia[k] sancti Petri per illum non solum tuta ac defensa, sed etiam suis opibus prae omnibus ecclesiis esset ornata[l] atque ditata[m]. Quam cum tanti penderet, tamen intra XLVII annorum, quibus regnaverat, spatium quater[2] tantum illo votorum solvendorum ac supplicandi causa profectus est.

800. 28. Ultimi adventus sui non solum hae fuere causae, verum etiam quod Romani Leonem pontificem multis affectum[n] iniuriis, erutis scilicet[o] oculis linguaque amputata[3], fidem regis[p] implorare conpulerunt. Idcirco Romam veniens propter reparandum, qui nimis conturbatus erat, ecclesiae statum ibi totum hiemis tempus extraxit. Quo tempore imperatoris et[q] augusti nomen accepit. Quod primo in tantum aversatus[r] est, ut adfirmaret se eo die, quamvis praecipua festivitas esset, ecclesiam non intraturum, si pontificis consilium praescire potuisset. Invidiam tamen suscepti nominis, Romanis imperatoribus super hoc indignantibus[4], magna tulit patientia. Vicitque eorum contumaciam magnanimitate, qua eis procul dubio longe praestantior erat,

*) Redimebat omnes captivos et detentos in manibus barbarorum et suis pecuniis eos liberabat[5] *add. cod. Morallii s. XV.*

**) *Wal. c.* XXVIIII: Quo amore Romanam sedem coluerit et[s] quomodo imperiali nomine sit sublimatus.

a) reuelatio *A* 1. 3. 4. *C* 1. 2, *corr.* releuatio *C* 2; leua *in loco raso A* 1*. b) petri et pauli *A* 2. c) in *A* 2. d) toti *B* 1*. 2. e) dixit *A* 1. — antiquus *A* 1*. *C* 1, *corr.* antiquius *A* 1*. f) Roma urbs *A* 1; *in voce* Roma *desinit C* 2. g) suo opere *A* 1. 2. h) pollebat *A* 4. i) et *om. B* 1. k) ecclesiam *A* 5. *B* 1. 1* *(corr.* -ia*)*. 2. l) omn. aliis ordinata *A* 1. m) dicata *A* 4; ordinata *h. l. B* 1*. 2. n) adfectum *B* 1. 1*. o) itaque *A* 2. p) regis *om. B* 1. q) et *om. B* 2. r) aduersatus *A* 2? 3. *B* 2, *corr.* auers. *A* 2; euersatus *B* 1. s) et — sublimatus *om. B* 3[b].

1) *Cf. Suet. Vespas. c.* 8: ac per totum imperii tempus nihil habuit antiquius. 2) *A.* 774. 781. 787. 800. 3) *(Ann. Einh. a.* 799, *p.* 107: erutis oculis . . ., lingua quoque amputata*).* 4) *(Cf. supra c.* 16*).* 5) *(Cf. 'Legende Karls d. Gr.' I,* 23, *ed. G. Rauschen p.* 44*).*

mittendo ad eos crebras legationes et in epistolis fratres eos[a] appellando[1].

29.* Post susceptum imperiale nomen, cum adverteret multa legibus populi sui deesse — nam Franci duas habent leges[2], in plurimis locis valde[b] diversas — cogitavit quae deerant addere et discrepantia unire, prava quoque ac perperam prolata corrigere, sed de his nihil aliud ab[c] eo factum est, nisi quod pauca capitula[3], et ea inperfecta, legibus addidit. Omnium tamen nationum, quae sub eius dominatu erant, iura quae scripta non erant describere ac litteris mandari fecit. Item barbara[4] et antiquissima carmina, quibus veterum regum actus et bella canebantur, scripsit memoriaeque mandavit. Inchoavit et grammaticam patrii sermonis.

**Mensibus etiam iuxta propriam[d] linguam vocabula inposuit, cum[e] ante id temporis apud Francos partim Latinis, partim barbaris nominibus pronuntiarentur[f]. Item ventos duodecim propriis appellationibus[g] insignivit, cum prius non amplius quam vix quattuor ventorum vocabula[h] possent inveniri. Et de mensibus quidem Ianuarium Wintarmanoth[i], Februarium[k] Hornung[l], Martium Lentzinmanoth[m], Aprilem[n] Ostarmanoth, Maium[o] Winnemanoth[p], Iunium Brachmanoth[q], Iulium[r] Heuuimanoth[s], Augustum Aranmanoth[t], Septembrem Witumanoth[u], Octobrem[v] Windumemanoth[w], Novembrem Herbistmanoth[x], Decembrem Heilagmanoth[y] appellavit.

*) *Wal. c.* XXX: De studio eius in legibus emendandis.

**) *Wal. c.* XXXI: Quibus noviter appellationibus menses annuos[z] et ventos duodecim[a] insigniverit[b].

a) *voci* eos *superscriptum* ad *A* 1; eos fr. *B* 1*. 2. b) valde *om. B* 1*. 2. c) ab eo *om. B* 1*. 2. d) patriam *A* 4. e) qui *A* 3. f) pronuntiabantur *A* 3. g) nominibus propriis *A* 4. h) possent voc. *A* 1. i) uuintaremanoth *A* 4; uuintarmanot *B* 1, *et ita* (-not) *semel post;* uuintarmanodh *B* 2; uuintermanoth *A* 2. 5. k) febroarium *A* 1* *(e corr.)*. 2. *B* 1; Febr. — Heuuimanoth *om. B* 1*. 2. l) hornug *A* 1. *C* 1; hornungmanoth *A* 5. m) lenzinmanoth *A* 3; lentinmanoth *A* 2. 5; lenzenmanoth *A* 4. n) Apr. — Winn. *om. A* 3. o) Maius *A* 1*. p) iuuinnemanoth *C* 1; uunnemanoth *A* 4. q) bracm. *A* 2a. 4; brachmenoth *B* 1. r) Iulium — Aranmanoth *om. A* 3. s) houuimanoth *A* 4; heum. *e corr. A* 2; haymanoth *A* 5; uuimanoth *A* 1; uuimanot *A* 2a. t) aranmannoth *B* 2. u) uuidumanoth *A* 5; uuitemanoth *A* 2; uuintumanoth *B* 2. v) octembrem *C* 1; octubrem *A* 2. *B* 1. w) uuindumanoth *B* 1. x) herbistmanoht *A* 2; heribistmanoth *B* 1. 2; heribestmanoth *B* 1*; herbistimanoth *e corr. A* 1; heruistmanoth *A* 5. y) heilagmanot *A* 3; heilegemanoth *A* 4; hellagmanoth *B* 1; helicmanoht *A* 2; helagm. *A* 2a; heilmanoth *A* 5. z) annos *B* 3b. a) duod. *om. B* 3b. b) insignauerit *B* 3c.

1) *V. epist. Karoli M., (Epist. IV, p.* 546 *sq.* 556*). JA.* 2) *Salicam et Ribuariam.* 3) *i. e. Additamenta ad legem Salicam et ad legem Ribuariam.* 4) *i. e. Germanica.*

Ventis vero[a] hoc[b] modo nomina inposuit, ut subsolanum[c] vocaret ostroniwint[d], eurum ostsundroni[e], euroaustrum sundostroni[f], austrum sundroni[g], austroafricum[h] sundwestroni[i], africum westsundroni[k], zefyrum[l] westroni[m], chorum westnordroni[n], circium nordwestroni[o], septentrionem nordroni[p], aquilonem nordostroni[q], vulturnum ostnordroni[r·l].

813. 30.* Extremo vitae tempore, cum iam et[s] morbo et senectute premeretur[t], evocatum[u] ad se Hludowicum[v] filium, Aquitaniae regem, qui solus filiorum Hildigardae[w] supererat, congregatis sollemniter de toto regno Francorum primoribus, cunctorum consilio consortem sibi totius regni et imperialis nominis heredem constituit, inpositoque capiti eius diademate[2] imperatorem[x] et augustum iussit appellari. Susceptum est hoc[y] eius consilium ab omnibus qui aderant magno cum[z] favore[a]; nam divinitus ei[b] propter regni[c] utilitatem videbatur inspiratum. Auxitque maiestatem eius hoc factum et[d] exteris nationibus non minimum terroris incussit[3]. Dimisso deinde[e] in Aquitaniam filio, ipse more solito, quamvis senectute confectus, non longe a regia[f] Aquensi venatum[g] proficiscitur, exactoque in[h] huiuscemodi ne-

*) *Wal. c.* XXXII: Ludowicum[i] filium suum qualiter imperialis potentiae ac nominis heredem statuerit[k].

a) ergo *A* 1. b) nom. hoc modo *A* 2. c) solanum *B* 1. d) ostroniuuind *A* 2; ostronouuind *A* 5; ostruniuuind *A* 2ª; atroniunt (*corr.* — niuunt) *A* 3. e) ostsudroni *A* 4; ostsuthronouuind *A* 5. f) suntaustroni *A* 1; sundostr. austrum *om. B* 1; suthostronouuind *A* 5. g) sumdroni *A* 1; suthronouuind *A* 5. h) austrumafricum *A* 2. 2ª. 3. i) suntuuestroni *A* 1. 4; sundᵘuuestroni *A* 2. 2ª; sundu uuestroni *B* 1*; suthuuestronouuind *A* 5. k) westsundr. — chorum *om. B* 1; uust sundroni *A* 1*; uuestsuthronouuind *A* 5. l) zephyrum *A* 3. *P. W.;* zephyrom *A* 1; zephirum *A* 2. 2ª. 4; zefirum *B* 2; cephirum *A* 5. m) uuestronouuind *A* 5. n) uuestnorthronouuind *A* 5. o) *sic C* 1; norduuestr. *A* 1*. 3. 4. *B* 1. 1*; norduuuestroni *A* 1; norduuestruni *A* 2ª; nordiuuestroni *A* 2; norduuesthroni *B* 2; northuuestronouuind *A* 5. p) northronouuind *A* 5. q) *sic A* 1*. *C* 1; nordostr. *A* 2. 3. 4. *B* 1. 1*; nordostronii *A* 1; nordosthroni *B* 2; nordostruni *A* 2ª; northostronouuind *A* 5. r) *sic C* 1; ostnordr. *A* 1. 1*. 2. 3. *B* 1. 1*. 2; ornostroni *A* 4; ostnorthronouuind *A* 5. s) et *om. A* 1. t) praeueniretur *B* 2. u) vocatum *P. W.;* et vocatum *B* 1*. 2. v) *sic A* 1*. 2. 3. 4. *B* 1*; hluduuicum *A* 1; hludoicum *C* 1. *J. W.;* hlodouuicum *A* 2ª. 5; ludouuicum *B* 2. w) hildegardae *A* 1 (-de). 1*. 2. 3. 4. *P.* x) et imp. et *B* 2. y) hoc *om. B* 2. z) cum *om. B* 3. a) feruore *A* 4. b) ei *om. B* 1. c) regni *om. B* 1*. 2. d) et *om. B* 1*. 2. e) inde *B* 2. f) regia *om. B* 3, *ubi* ab Aq. g) prof. ven. *A* 2. 2ª. h) in *om. B* 2. — huiusmodi *A* 4. i) Lodow. *B* 3ª·ᶜ; Quomodo L. fil. s. imp. *B* 3ª. k) statuit *B* 3ª.

1) *(Ventorum haec XII nomina Latina ex Isidori Etymol. XIII,* 11, 2—14. *assumpta esse socius Ericus Caspar monuit).* 2) *(Ann. regni Franc. a.* 813, *p.* 138: evocatum ad se apud Aquasgrani filium suum Hludowicum, Aquitaniae regem, coronam illi inposuit et imperialis nominis sibi consortem fecit*).* 3) *(M. Manitius attulit locum Flori II,* 26: Non minimum terroris incussit barbaris*).*

gotio quod reliquum erat[a] autumni, circa Kalendas Novembris Aquasgrani[b] revertitur. 813. *c. Nov.* 1.

**Cumque ibi hiemaret[c], mense Ianuario febre valida[d] correptus decubuit. Qui statim, ut in febribus solebat, cibi sibi abstinentiam indixit[e], arbitratus hac[f] continentia morbum posse depelli vel certe mitigari. Sed accedente ad febrem lateris dolore[g], quem Greci pleuresin dicunt, illoque adhuc inediam retinente neque corpus aliter quam rarissimo potu sustentante, septimo, postquam decubuit, die, sacra communione[h] percepta, decessit, anno aetatis suae septuagesimo secundo et[i] ex quo regnare coeperat quadragesimo septimo, V. Kal. Februarii[k·1], hora diei tertia. 814. *Ian.* (22). *Ian.* 28.

31. Corpus more sollemni lotum et curatum et maximo totius populi luctu[l] ecclesiae inlatum atque humatum est. Dubitatum[m] est primo, ubi reponi[n] deberet, eo quod ipse vivus[o] de hoc nihil praecepisset[p]. Tandem omnium animis sedit nusquam eum honestius tumulari posse quam in ea basilica, quam ipse propter amorem Dei et domini nostri Iesu Christi et ob honorem sanctae et aeternae virginis, genetricis eius, proprio sumptu in[q] eodem vico construxit. In hac sepultus est[r] eadem die, qua[s] defunctus est, arcusque supra tumulum deauratus cum imagine et titulo exstructus[t]. Titulus ille hoc modo descriptus[u] est: SUB HOC CONDITORIO SITUM EST CORPUS KAROLI MAGNI ATQUE ORTHODOXI[v] IMPERATORIS, QUI REGNUM FRANCORUM NOBILITER AMPLIAVIT ET PER ANNOS XLVII[w] FELICITER

**) *Wal. c.* XXXIII: Obitus et[x] sepultura Karoli[y] Magni imperatoris[z].

a) erat *om. A* 4. b) *sic A* 1*. *B* 1*. *C* 1; aquis grani *A* 1. 2. 3. 4. *B* 2. 3. *W.;* aquisgranis *B* 1. c) hiemauerat *A* 5. d) corr. ual. *A* 1. e) induxit *A* 3. f) in hac *B* 1*. 2. g) dolorem *A* 1. h) communia *A* 1. i) et *om. A* 4. *B* 1*. 2. k) *sic A* 1. *C* 1; febroarias *A* 3; feb. *vel* febr. *reliqui.* l) planctu *A* 4. m) Debitum *A* 1*. n) poni *A* 2. 2ª. o) de hoc vivus *A* 2. 2ª. p) praecipisset *A* 1. q) in eod. vico *om. A* 2. 2ª. r) est *om. B* 1*. 2. s) qua et *C* 1; qua def. est die *A* 4. t) extrutus *A* 1. u) scriptus *A* 2. v) ortod. *B* 1. 1*; ortotoxi *A* 2. w) XLVI *codd. Monac.* 14641 *et Vindob.* 969 *(Theol.* 354*), qui hoc epitaphium separatim descriptum exhibent;* annos *om. B* 1*; XLVII annos *B* 2. x) ac *B* 3ᵉ. y) Kar. *om. B* 3ᵉ. z) in aquisgrani *add. B* 3ª.

1) *(Ann. r. Franc. a.* 814*, p.* 140: dum Aquisgrani hiemaret, anno aetatis circiter septuagesimo primo, regni autem quadragesimo septimo, ex quo vero imperator . . . appellatus est, anno XIIII, V. Kal. Febr. rebus humanis excessit*).*

REXIT. DECESSIT SEPTUAGENARIUS[a] ANNO[b] [DOMINI DCCCXIIII], INDICTIONE[c] [VII[d]], V. KAL. FEBR.

32.* Adpropinquantis finis conplura fuere prodigia[e·1], ut non solum alii, sed etiam ipse hoc minitari sentiret. Per tres continuos vitaeque termino proximos annos[2] et solis et lunae creberrima defectio et in sole macula quaedam atri coloris septem dierum spatio visa[3]. Porticus, quam inter basilicam et regiam operosa mole
813? *Mait 5?* construxerat, die ascensionis Domini subita ruina usque ad fundamenta[f] conlapsa. Item[g] pons Rheni[h] apud Mogontiacum[i], quem ipse[k] per decem annos ingenti labore et opere mirabili de ligno ita construxit, ut perenniter[l] durare posse[m] videretur, ita tribus horis fortuitu[n] in-
813. *(Maio).* cendio conflagravit[4], ut, praeter[o] quod aqua tegebatur, ne[p] una quidem astula[q] ex eo remaneret. Ipse quoque, cum ultimam[r] in Saxoniam[s] expeditionem contra Godo-
810. fridum[t] regem Danorum ageret, quadam die, cum ante exortum solis castris egressus[u] iter agere coepisset, vidit repente delapsam caelitus cum ingenti lumine facem a dextra in sinistram per serenum aera transcurrere[v]. Cunctisque hoc signum, quid[w] portenderet, ammirantibus[x], subito equus, quem sedebat, capite deorsum merso decidit eumque tam graviter ad terram elisit, ut, fibula sagi rupta balteoque gladii dissipato, a festinantibus qui aderant ministris exarmatus et[y] sine amiculo[z] levaretur. Iaculum etiam[a], quod[b] tunc forte manu[c] tenebat, ita elapsum est, ut viginti vel[d] eo amplius pedum spatio

*) *Wal. c.* XXXIIII: De prodigiis, quae proxime decessum[e] eius presagabant[f].

a) LXX°II° aetatis anno *aliquot codd. B ex c.* 30. b) anno Domini DCCCXIIII. *om. A* 5; anno — ind. VII. *om. codd. p.* 35, *n.* w *dicti;* Domini DCCCXIIII. *om. B* 1. 1*. 2. 3. *C* 1; DCCCXIIII. *om. A* 2; Christi anno DCCCXIIII. *in loco raso A* 2ª. c) inditione *A* 1. 4; indicione *B* 1*; indictionis *C* 1; *om. A* 2ª. 3. d) VI. *B* 1*. 3; VII. *om. A* 1*. 2. 2ª. 3. *B* 1. 2; septimo *C* 1. e) praesagia *A* 1. 1*. 4. *P.* (p̄s. 1. 4). f) est *add. A* 4. g) Itemque *B* 2. h) hreni *A* 1 *(hoc loco).* 2. 3 *(semper). P.;* in rheni (*corr.* rheno) *B* 1*; in hreni *B* 2. i) mogonciacum *A* 2; magontiacum *A* 1. *P.;* magonciacum *A* 4. k) ipse *om. B* 1*. 2. 3. l) perhenniter *A* 1. 2ª. *P.* m) posse *om. A* 2. 2ª. 3. n) fortuito *C* 1. *J.* o) praeter *om. B* 2. p) nec *B* 1*. 2; ne *corr.* nec *A* 3. q) hastula *A* 1. *B* 3. *P.;* ast. quid. *A* 2ª. r) ultima *A* 1*. 2, *post corr.* -mā *A* 2; ultimum, *post corr.* -mam *A* 3. s) saxonia *A* 2. 2ª. 3. 5. *C* 1. *J.* t) gotofridum *A* 2. 2ª. u) regressus *B* 2. v) incurrere *A* 4. w) quod *A* 1. *B* 1. x) admir. *A* 1. 3. *P.* y) non *A* 1. 3. *P.* z) amminiculo *A* 1. 1*. 4. *B* 1. 1*. 2. 3. *P.;* aminiculo *A* 3. a) quoque *A* 4. b) quem *A* 1. — tunc *om. B* 1. c) manum *A* 1. d) aut *A* 2. e) eius dec. *B* 3ª. f) presaginabant *B* 3b.

1) *Cf. Suet. Aug. c.* 97: Mors quoque eius . . . evidentissimis ostentis praecognita est; *(Iul. c.* 81: Caesari futura caedes evidentibus prodigiis denuntiata est). 2) *Annis* 810. 812. 813. *JA.* 3) *Mercurium fuisse Einhardi Annal. a.* 807. *referunt.* 4) *(Cf. supra c.* 17).

longe iaceret. Accessit ad hoc creber Aquensis[a] palatii tremor et in domibus, ubi conversabatur, assiduus laqueariorum crepitus. Tacta etiam de caelo, in qua[b] postea sepultus[c] est, basilica[d], malumque aureum, quo[e] tecti culmen erat ornatum, ictu fulminis[f] dissipatum et supra domum pontificis, quae basilicae contigua erat, proiectum[g] est. Erat[h] in eadem[i] basilica in margine coronae, quae inter superiores et inferiores arcus[k] interiorem[l] aedis partem ambiebat, epigramma sinopide[m. l] scriptum, continens, quis auctor esset eiusdem[n] templi, cuius in extremo versu legebatur: KAROLUS PRINCEPS. Notatum[o] est[p] a quibusdam eodem, quo decessit, anno paucis ante mortem mensibus eas, quae PRINCEPS exprimebant[q], litteras ita esse deletas, ut penitus non apparerent. Sed[r] superiora omnia sic aut dissimulavit aut[s] sprevit, acsi nihil horum ad res suas quolibet modo pertineret.

33.* Testamenta[2] facere[t] instituit, quibus filias[u] et ex concubinis liberos[v] ex aliqua parte sibi heredes faceret, sed tarde inchoata perfici non poterant. Divisionem tamen[w] thesaurorum et pecuniae ac vestium aliaeque[x] suppellectilis coram amicis et ministris suis annis tribus, antequam decederet, fecit, contestatus eos, 811 *in.* ut post obitum suum a se facta distributio per illorum suffragium rata permaneret. Quidque[y] ex his quae diviserat fieri vellet, breviario conprehendit[z]; cuius ratio ac textus talis[a] est[b. 3]:

IN[c] NOMINE DOMINI DEI OMNIPOTENTIS, PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI. Descriptio[d] atque divisio, quae facta est a gloriosissimo atque[e] piissimo domno Karolo imperatore augusto anno ab incarnatione domini

*) *Wal. c.* XXXV: De divisionibus thesaurorum eius.

a) aquiensis *A* 1; aquis *A* 3; equensis *B* 2. b) quo *B* 1. c) sepulta *A* 2. d) bas. *om. A* 3. e) quod *B* 1*. 2. — tectum *B* 2. f) fluminis *A* 1*. 3. *B* 1. 1*. g) proiectus *A* 2. 3. h) Erat autem *A* 2ª. i) eodem *A* 1. *B* 2. k) artus *A* 1. l) inferiorem *A* 2. 2ª. 3. m) synopide *A* 2. n) huius ei. *A* 2. o) Notum *A* 4. *B* 1. p) est *om. B* 1. q) n *expunct. A* 1; exprimebat *A* 3. r) Sed *om. A* 3. s) aut *om. B* 2. t) fac. *om. A* 4. u) quibus ex concubinis filias et liberos *A* 1; et filios et *A* 2. 2ª; et *om. A* 4. 5. *B* 2. v) liberas *A* 4. w) tamen *om. A* 4. x) *sic omnes codd.* — supellectulis *A* 1. y) Quicquid *A* 2. z) intimauit *A* 4. a) talis *om. A* 1*. b) erat *B* 2. c) *haec usque* SANCTI *in codice A* 1 *littera maiuscula scribuntur, nec dubium videtur, ea in breviario ipso primam omnium lineam occupasse, atque littera pro temporis eius more longiore expressa fuisse. P.;* In — sancti *om., spatio vacuo relicto A* 2ª. d) incipit descr. *A* 4. e) atque piiss. *om. A* 5.

1) *Colore rubro.* 2) *Cf. Suet. Aug. c.* 101: Testamentum ... ante annum et quattuor menses quam decederet, factum ab eo. 3) *(Reg. Imp. I², nr.* 458 *[445]).*